



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Qvod in nouo testamento post Christú dominum nostrum à Petro
sacerdotalis coeperit ordo. ca. i.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA- CIENSIS EPISCOPI, DE *primatu Ecclesiae, Decretorum* *Liber primus.*

*Quod in nouo testamento post Christum dominum nostrum à
Petro sacerdotalis coepit ordo. Cap. I.*



IN NOVO AVTEM TESTA- *Ex episto*
méto post Christum dominum nostrum, *la Ana-*
à Petro sacerdotalis coepit ordo, quia *leti pa-*
ipsi primò pōtificatus in Ecclesia Chri- *pæ ad E-*
sti datus est, dicente domino ad eum: *piscopos*
Tu es, inquit, Petrus, & super hanc pe- *Italiae di-*
tram ædificabo ecclesiam meã, & por- *recta.*

ta inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo cla-
ues regni cœlorum. Hic ergo ligandi soluendique pote-
stat em primus accepit à domino, primusque ad fidem po-
pulum Dei gratia, & virtute suæ prædicationis adduxit.

*De priuilegio beato Petro domini vice solummodo commisso,
& discretionē potestatis, quæ inter Apostolos fuit. Cap. II.*

ATQUE hoc priuilegiũ beato clauigero Petro, sua *Ex episto*
vice solummodo commisit, quod eius iustè præroga- *la Mel-*
tium successit sedi, futuris hæreditandum, atque tenen- *ciadis pa-*
dum temporibus, quomodo & inter beatissimos aposto- *pæ. Hispa-*
los fuit quædam discretio potestatis. Et licet cunctorum *nij s Epi-*
par electio foret, beato tamé Petro concessum est, vt alijs *scopis di-*
præmineret, & eorum quæ ad querelam venirent cau- *recta.*
sas, & interrogationes prudenter disponeret. Quod Dei
ordinatione taliter ordinatum esse credimus, ne omnes
posteri eorum cuncta sibi vendicarent: sed semper maio-
res causæ, sicut sunt Episcoporum, & potiorum curæ ne-

A